



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 14. Quare tot unctiones fiunt supra pectus & scapulas baptizandi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

100 TRACTATUS II.

Christiani perfectionem spectant, sine qua salvari quis potest. Vota verò in Baptismo facta de iis sunt, quæ ad salutem ita sunt necessaria, ut ab iis nemo dispensari possit; qui enim ea violat, non modo majori perfectioni hominis Christiani, sed ipsi planè Christianismo renuntiare dici potest.

Quæst. 14. Quare tot unctiones fiunt supra pectus & scapulas baptizandi?

D. Carol. Act.
P. 4. De Cere-
moniis que
priùsq̃uam Bap-
tismus minis-
tretur adhiben-
tur.

Resp. Obsignantur præterea, inquit sanctus Carolus, oleo sacro figurâ Crucis pectus & scapula, ut intelligamus eos qui Baptismo initiantur, quasi Christi Athletas, ait sanctus Ambrosius, lactamen hujus sæculi luctaturos: solent enim luctantes inungi. Deinde ut sciamus Baptismi gratiam non nostris meritis, sed Christi beneficio & gratuitâ misericordiâ donari, qua oleo significatur. Præterea quia oleum est medicamenti species quandoquidem Samaritanus infudit in vulnera oleum & vinum: ideo hac unctione demonstratur, intima anima nostra vulnera, & morbos hæc medicinâ curari: fomitemque ipsum, quamvis non omninò extinguatur, at certè debilitari: viresque & robur spirituale nobis addi, quo satana, carnisque tentationum impetus depellamus. Pectus præterea ungitur, ut intelligamus mentem animumque divina virtute corroborari. Scapula verò, quia dantur homini vires ad jugum Christi Domini ferendum.

Inungitur, inquit idem Sanctus ibidem, ante & retrò, ut undique muniatur & confirmetur ad opera bona præstanda corde & corpore, voluntate & opere.

Quæst. 15. Quare exigitur à baptizando professio fidei?

Resp. Quia, ut dicitur Marci ultimo: Qui